



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. IV. De Facie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Id, quod factum non relevaret aliquid quadantenus, in l. 2. in fin. Si quis in ius vocat. non ierit. l. arbit. calendis 40. de recept. arbit. Bartolus in l. 2. num. 8. qui pet. tut.

XIX.

FIERI aliquid tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum, paria sunt. l. in tempus 62. ff. de hered. institut. l. Stichus servus meus. 39. ff. de manumiss. test. l. quod sponsa 4. C. de don. ante nupt. Tiraquell. in tract. de jur. const. p. 3. l. m. 2. n. 3. cum seqq. & de iure primog. quest. 40. n. 178. Conan. comment. juris lib. 8. cap. 2. num. 7. Mascard. de prob. concl. 1076. num. 2. Valasc. conf. 77. n. 4.

XX.

FIERI aliquid tempore habili, vel conferri in tempus habile, paria sunt. d. l. in tempus 62. ff. de hered. institut. Cardin. Pereira quest. forens. conf. 17. n. 12.

XXI.

Non fieri, & inutiliter fieri, paria sunt. l. pen. in princ. ff. de suis & legit. hered. l. quoties 6. ubi glossa & Doctores ff. qui satisdare cog. & sciendum 2. institut. de satisd. tut. Glossa verb. inutilem. in cap. 2. C. de translat. Prelat. Tiraquell. ad leg. connub. gloss. l. p. 6. n. 12. Palat. in repet. rub. de donat. inter virum & uxorem. §. 70. num. 29. Covar. pract. cap. 7. n. 2. ver. Est & in hoc. Surd. decis. 28. n. 89. sicut etiam paria sunt, non fieri, vel ita fieri, quod factum non daret. Ant. Menoch. Bonon. decis. 40. punct. 7. n. 18.

XXII.

Non fieri, vel minus legitime fieri, seu aliter fieri quam debeat de jure, paria sunt. d. l. quoties 6. ubi Jason. l. si aut nullum 4. de legit. hered. cap. inter corporalia 2. de translat. Episcopi. cap. veniens. 2. de Presbyt. non baptiz. cap. fin. de restit. spoliat. Surdus conf. 45. num. 42. & conf. 88. n. 16. & conf. 3. num. 12. & decis. 122. n. 6. & decis. 269. n. 12. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. II. quest. 7. num. 8. Brunor. à Sole in locis communib. verb. factum num. 17. Valasc. de part. cap. 8. num. 44. Thomas de Thomasset. in floribus legum, reg. 127. in fin. & reg. 220. Monet. de distribut. quotid. p. 2. quest. 2. n. 19. Anton. Monach. Florent. decis. 26. num. 2. Mar. Anton. var. resolut. lib. 2. resolut. 8. n. 8.

XXIII.

Non fieri, vel invalide fieri, paria sunt, l. non pnavit 8. §. non quavis 2. ubi Bart. ff. de bonor. possess. contr. tabb. l. 1. §. quod autem. ubi Baldus ff. de offic. Praefecti Urbis.

Surdus conf. 137. num. 13. Mar. Anton. var. resolut. lib. 2. resolut. 11. n. 10.

CAP. IV.

De Facie.

Axioma I.

In faciem aliquem cadens vel conspurcans realem infert injuriam. Math. cap. 26. v. 67. 68. cap. 27. v. 30. Luc. cap. 22. v. 64. 65. cap. 23. v. 11. 36. seq. Althusii Dicoelog. Lib. 1. cap. 124. n. 9.

II.

In faciem condemnati stigmata minimè inurantur, cum & in manibus & in suris possit poena damnationis una inscriptione comprehendi: quò facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis celestis est figurata, minimè maculetur. l. 17. C. de pen.

CAP. V.

Facilitas.

Axioma I.

Id, quod facilius quis facit, lex inhibere solet frequentius. Cujac. ad l. 21. de R. 7. Sic Scto Vellejano succurritur mulieri obliganti, non donanti: facilius enim obligat se quam donat; non enim tam promptæ sunt ad donandum. l. 4. §. 1. ff. de SC. Vellejan. Eadem ratione Lex Julia de fundo dotali vetat, ne fundus dotalis obligetur pignori vel hypothecæ: non etiam ne vendatur. Sic etiam Lex Caninia vetabat manumitti inter morientes, non etiam inter vivos.

II.

Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquenti. capit. ut clericorum. ibique glossa 10. de vice & honest. Cler. can. est injusta. 23. quest. 4. ideo solitis delinquere non debet concedi l. 3. ubi Bald. Cod. de episc. aud.

III.

Facilius remittuntur sperata, quam possessa, l. 8. de transact. Hinc Facilius omittitur jus querendum, quam quæsitum, l. fin. Cod. de acq. poss. & facilius datur exceptio quam actio. l. 1. §. sicut damus, de superfic.

CAP. VI.

De Factore. Conf. Rubr.

Institor.

Axioma I.

Factores hodiè vocantur mercatorum institores. Mev. ad Jus Lub. L. 3. Tit. 6. n. 5. num. 11. Besold. in thes. pract. & Speidel. in voc. factor.

II.

Factor tenetur domino suo reddere usuras ex pecuniâ ejus redactas. Gloss. in cap. 7. X. de usur.

III.

Factores ad solutionem tributorum pro dominis coguntur. Bart. in l. 6. C. de exact. trib. lib. 10.

CAP.